



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

79. Ubi primùm &c. Jubileum Universale ad implorandam Divinam opem
contra Turcas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

tionis intimentur. quo illi observantiam nomine proprio, & Subditorum spondeant, aliaque adimpleant pro literarum executione.

Fides habenda Transumptis.

Publicatio.

Exordium. à bellico apparatu, & minis Turcarum.

Ex Psal. 78. v. 6. 2. Paralypom. c. 20. v. 6. & 12.

cietatum, etiam Jesu, Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc ut tam suo, quam prædictorum eis respectivè Subditorum, seu Inferiorum nomine, ipsas literas fideliter exequi, & observare spondeant, actumque sponsonis hujusmodi in scriptis reddant: earum verò exempla prædicta pluribus viis, quanto citius fieri poterit, transmittant ad eosdem suos Subditos, seu Inferiores in Sinis, aliisque Regnis & Provinciis supradictis degentes, cum æctissimis præceptis easdem literas, & in eis contenta quæcumque plenariè, & integrè, ac verè, realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia similiter exequendi, & observandi. Quia verò difficile foret literas hujusmodi originales ubique ostendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus illarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibite, vel ostense. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Martii MDCCXV. Pontificatus Nostri Anno XV.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quinto, Indictione Octava, die verò vigesima Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Pape XI. anno ejus decimo quinto supradictæ Literæ Apostolica affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ SS. Apostolorum, Petri, & Pauli, Cancellariæ Apostolicæ in Monte Citatorio, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Horatium Pierum Apostolicum Cursorem.

Petrus Romolatus Magister Curforum.

LXXIX.

JUBILEUM UNIVERSALE.

Ad implorandam Divinam opem contra Turcas.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ubi primùm non sine gravissimo animi nostri dolore accepimus nefarium Turcarum Tyrannum tot, ac tantarum ante aliquot annos, cum immortalis Christiani nominis gloriæ, acceptarum claudium benè memorem, ac de iis vindictam sumere ferè cogitantem, collectis tot Provinciarum, ac Regnorum, quæ tyrannide suâ opprimit, viribus, efferatori, quam unquam rabie, bellum instaurare velle, maximisque tam maritimis, quam terrestribus copiis Christianorum fines formidabili suâ potentia irrumperere decrevisse; Nos imminentibus fideli Populo periculis paternâ charitate vehementer commoti, primùm quidem privatis Nostris Sacrificiis ad Deum toto corde clamare non cessavimus, ut effunderet iram suam in gentes, quæ illum non noverrunt, & in Regna, quæ Nomen ejus non invocaverunt: verba illa Josaphat Regis, cum ab Ammonitis, & Moabitibus impeteretur, humiliter usurpantes: Domine Deus Patrum Nostrorum, tu es Deus in Cælo, & dominaris cunctis Regnis gentium: in manu tua est fortitudo, & potentia, nec

quisquam tibi potest resistere. In Nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super Nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, ut oculos nostros dirigamus ad te. Indictis deinde publicis precibus Christianifideles non solum in Almâ Urbem nostrâ, sed etiam in universâ Italiâ, eique adjacentibus Insulis degentes ad iram Dei, quæ peccatis hominum assidue læcessitur, per salutaris pœnitentiæ lamenta, jejunia, elemolynas, sinceræque obsecrationes placandam excitare studuimus.

§. 1. Idipsum nunc demum à toto Christiano Populo faciendum esse arbitramur, ut concordî charitatis fervore accedant omnes cum fiducia ad thronum gratiæ, scissisque per veram pœnitentiam cordibus, ac auctis per juniorum labores, & elemosynarum largitiones vicibus orationis, Divinam opem in his urgentissimis Ecclesiæ necessitatibus unanimiter implorare conantur. Potens est enim oratio Ecclesiæ supplicantis ad Dominum, qui pius est, ac misericors, & propitiatur invocantibus eum in veritate. Opportuno igitur recurrente tempore, quo Divinus Spiritus, repentino sonitu super Apostolos, venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit, & foris apparentibus linguis igneis facta sunt intus corda flammantia, Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis suppliciter invocemus, ut fideles suos, ac præsertim Catholicos Principes, veræ charitatis indissolubili nexu firmiter vinciat, induatque illos fortitudine, quæ de Cælo est; undè hostes Christiani Nominis, qui in multitudine contumaci, & superbiâ venientes, Regna, Provincias, & Principatus evertere, cladiibusque involvere meditantur, protegente Domino, in cujus manu est salutare in multis, & in paucis, dissipentur, & disperdantur, atque à Christianorum cervicibus longè repellantur.

§. 2. Hæc autem ut fructuosius, ac promptius ab omnibus peragantur, ex prædicto Romanæ Ecclesiæ omnium Matris, & Magistræ more, celestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei Nostræ commisit Divina dignatio, aperire, & liberali manu erogare decrevimus. Itaque de Omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illâ ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus in præfata Urbe degentibus, qui solemnî Processioni, quam feriâ secundâ proximi Festi Pentecostes à Basilicâ Principis Apostolorum ad Ecclesiam Sancti Spiritus in Saxiâ de eadem Urbe unâ cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romanâ Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælati quoque, & Officialibus ejusdem Curie, universoque Clero, & Populo, benedicente Domino, de more agemus, devotè interfuerint: vel Sancti Joannis in Laterano, ejusdem Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium duarum proximarum hebdomadarum à Dominicâ infra currentem Octavam Ascensionis inchoandarum, saltem semel devotè visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces, ut supra, effuderint, ac quartâ, & sextâ festis, & Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominicâ die immediate sequenti, vel alia die inter eandem hebdomadam

Christianum populum hortatur ad ea verè pietatis opera, per quæ divinum prædictum concilietur.

Solemne Processionem indictâ Basilicâ Vaticana ad Ecclesiam S. Spiritus.

Plenariam Indulgentiam largitur Adimplentibus opera præscripta.

dam

dam reverenter sumperint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint; ceteris vero extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostra pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursurarum saltem semel visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quartâ, & sextâ feriis, ac Sabato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejnaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominicâ immediatè sequenti, vel aliâ die intra eandem hebdomadam Sanctissimâ Communionem recepti fuerint, & pauperibus aliquam eleemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & largimur.

Præscribit adimplenda à Navigantibus, Regularibus, & aliis.

§. 3. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, superscriptis peractis, & visitatâ Ecclesiâ Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, nec non aliis quibuscumque tam Laicis, quàm Ecclesiasticis Sæcularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliquâ corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressi, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi Pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Insuper omnibus, & singulis Christianis utriusque sexus tam Laicis, quàm Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus, cujusvis Ordinis, Congregationis, & Institutii, tam in Urbe præfata, quàm extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam sæcularem, quàm cujusvis Ordinis, & Institutii regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causâ latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedî Apostolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis, contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantùm absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, adjunctâ tamen eis, & eorum cuilibet in prædictis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Facultatem Confessariis tribuit absolventi à reservatis, & commutandi vota, religionis, & castitatis exceptis.

§. 4. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratibus Patriarchis, Archiepiscopis, E-

piscopis, & aliis Ecclesiarum Prælati ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ullâ morâ, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, terras & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 5. Non intendimus autem per præsentem super aliquâ irregularitate publicâ, vel occultâ, notâ, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quomodocumque contractâ dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentem iis, qui à Nobis, & Apostolicâ Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico, etiam eorum nomine speciatim non expressi, excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliâs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum Partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Ordinariis ejusmodi literarum publicationem injungit.

Declaratio quoad irregulares, excommunicatos, & alios.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolventi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressi mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressi, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servatâ habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præmissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio quibuscumque contrariis.

§. 7. Ut autem præsentem nostrâ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deventant, volumus, ut earundem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur, ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die xxxi. Maii MDCCXV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Fides habenda transumptis.

Pro D. Card. Oliverio
I. C. Battellus.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quinto, Indictione octava, die vero 31. Maii, Pontificatus D. N. D. Clementis Divina Providentia Pape XI. Anno decimo quinto, supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis.

Publicatio.

sis, *Vatiana, & Libreriana Cancellaria Apostolica, Montis Cimatorii, Aciei Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Josephum Batialem SS. D. N. Papa Curf.*

Ludovicus de Cappellis Curf. Mag.

LXXX.

DECLARATIO

Nullitatis, rejectio, damnatio, & abolitio cujusdam actus appellationis, & protestationis à Procuratore Fiscali Regni Siciliae novissimè editi adversus binas Literas Apostolicas à Sanctitate Sua non ita pridem emanatas super extinctione prætense Monarchiae Siciliae, nec non super modo in posterum judicandi Causas dicti Regni ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, cum aliis diversis Ordinationibus, & Decretis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Narrat gesta in Regno Sicilia post abolitionem Tribunalis asser. Monarchiae, & destinationem Judicium pro cognitione Causarum Ecclesiasticarum.

Innotuit Nobis nuper, quòd statim ac ad Siciliae Regnum deferri contigit quasdam Nostras decimo Kalendas Martii proximè præteriti sub plumbo expeditas Literas, quibus, ob gravissimas in eis expressas rationes, prætensam Apostolicam ejusdem Regni Legationem, ac Monarchiam nuncupatam, ejusque asseritum Tribunal, unà cum illius Judicis, Notariorum, Scribarum, Ministrorum, aliorumque Officialium quorumlibet dignitatibus, officiis, & ministeriis quibuscumque, omnique eorum titulo, essentia, ac denominatione perpetuò extinximus, suppressimus, & abolivimus: simulque etiam vulgatè ibidem fuerunt aliae Nostrae in simili formà Brevis Literae ad Venerabiles Fratres Archiepiscopos, & Episcopos, nec non dilectos Filios tam Sæculares, quàm Regularem Clerum, reliquosque omnes Christianifideles Regni præfati eà ipsà die, videlicet xx. Februarii nuper elapsi directæ, quibus pro paternâ Nostrâ erga illos populos charitate, certum præscriptum modum, quo Causæ digni Recti ad Forum Ecclesiasticum pertinentes de cætero, etiam abolito Monarchiae supradictæ Tribunali, cognosci, & definiti possent, ac deberent in ipso Regno, donec aliâ ratione à Nobis, & Sede Apostolicâ indemnitati, ac commodis Nationis Siciliae uberius consuleretur, ac aliâ, prout in ambabus Nostris Literis prædictis plenius continetur; Sæcularis Potestatis in illo Regno Administri, in omnem sibi datam occasionem lædendi Nostram, & ejusdem Sedis auctoritatem semper intenti, dictarumque Nostrarum Literarum vim, & efficaciam, quantum in ipsis est, tametsi irritò conatu, eludere, ac evertere satagentes: nullâ interpositâ morâ, sub nomine Procuratoris Fiscalis ejusdem Regni in Civitate Paenormitan. edere, ibique, & forsitan etiam in aliis ipsius Regni locis pervulgare præsumperunt super præmissis Actum quemdam appellationis, & protestationis typis impressum tenoris, qui sequitur, videlicet: *Atto di Appellazione, e Protesta del Regio Procurator Fiscale del Regno di Sicilia. Il Regio Procurator Fiscale nel Regno di Sicilia, cui spetta invigilare per la difesa delli Privilegi, Regalie, Dritte e Consuetudini antichitate del Rè, e del Regno, avendo avuta notizia, che nell' Alma Città di Roma sotto li 20. Febrajo del corrente Anno 1715. si pubblicò una Bolla del Sommo Pontefice Clemente XI.*

Appellatio, & protestatio Procuratoris Fiscalis Siciliae.

concernente l'abolizione della Legazia della Monarchia di questo Regno con termine di due mesi: ed un Breve, che dona il sistema alle Cause Ecclesiastiche di essa Legazia, e considerando, che dette asserite Bolla, e Breve furono emanati senza citazione, ed audienza, ed in oltre che sono orrettizi, e surrettizi, e vengono à levare al Rè, ed al Regno una prerogativa, e giurisdizione posseduta, ed esercitata per tempo immemorabile di tanti Secoli passata in legitima consuetudine, ed approvata non solo con la fama di antichissimo Privilegio, ma anche confermata colla Bolla del Pontefice Urbano Secondo, e colli concordati così col Pontefice Adriano Quarto, come nel tempo del Santo Pontefice Pio Quinto, e con più altri successivi sì espressi, che taciti, dalli Pontefici Successori fino al Regnante Pontefice Clemente XI. nel 1705. ratificati, ed osservati per lo spazio di sei Secoli, e non mai vulnerati, per essere stati concessi per causa onerosa (passata in forza di contratto) alla gloriosa memoria di quel Grande Eroè il Conte Rogiero Normanno conquistatore di questo Regno di Sicilia da potere dell' Infedeli, e Fondatore di tante belle Basiliche, Vescovati, ed Abbazie, con averle donate della terza parte di esso, e che con tale osservanza, e possessione si è sempre continuato, sendo li suoi Popoli già conaturalizzati à questa forma di vivere, in maniera che con detti asseriti Bolla, e Breve vengono ad inserir si gravissimi pregiudizi alla Real Corona, ed à Regnicoli, e perche la detta asserita Bolla di Abolizione, ed in conseguenza detto asserito Breve, come orrettizi, e surrettizi, contengono in se ingiustizia, privandosi il privilegiato delle riferite prerogative, e giurisdizione godute per lo corso di tanti Secoli, motivo per il quale crede esso Regio Procurator Fiscale, che la mente del Sommo Pontefice non si stia bene informata; e che se fosse stata, non avrebbe devoluta ad una tale risoluzione coll'abolizione di un diritto, e consuetudine immemorabile comprovata colli cennati Privilegi, e concordati già inviscerati ne i Regnicoli. Per tanto esso Regio Procurator Fiscale, come quello, à cui carico corre invigilare alla difesa delle Regalie, Dritti, Consuetudini, e Privilegi della Corona, e del Regno, ed al riflesso, che variandosi il costume antiquato disturbarebbe la pubblica quiete, e produrrebbe molti concerti, ha giudicato in vigor del presente Atto con tutti li rispetti dovuti alla Santa Sede, ed al Sommo Pontefice (di cui li Popoli di questo fidelissimo Regno sono ubidientissimi figli) fare la presente supplica, ed appellazione dal Sommo Pontefice male informato, allo stesso Sommo Pontefice meglio informando, seu alla Santa Sede Apostolica, seu à chi, ed à quali si possono fare li legittimi ricorsi, ed appellazioni, secondo la disposizione delli sacri Canon per la revocazione delli riferiti due asseriti Bolla, e Breve per riceverne la giustizia. E perche secondo la disposizione delle Leggi pendente l'appellazione non si deve innovar cosa alcuna; Perciò stante la presente supplica, ed appellazione s'intenda ipso jure sospesa la esecuzione di detti asseriti Bolla, e Breve; protestandosi esso Regio Procurator Fiscale nel caso contrario di tutte le cose lecite, e permesse à protestarsi secondo la disposizione del diritto Naturale, Canonico, e Civile: Implorans &c. Salvo Jure &c. Cum potestate &c. Onde per futura testimonianza, e per passare alla notizia di tutti li Prelati Secolari, e Regolari, ed altri Ecclesiastici, e Popoli di questo Regno, e d'ogn'altro, dove tocca, si è fatto il presente Atto. In Palermo oggi li 20. Marzo 1715. die vigesimo Martii 1715. Fuit, & est redactus in Actis Magnae Regiae Curiae praesens Actus Supplicationis, & Appellationis, & Protestationis: D. Salvator Bisio pro Mag. Not.

§. 1. Licet autem minime dubitemus, quin absque ullius novae nostrae declarationis ope, factis omnibus respectum, exploratumque futurum sit, quantum praesertim appellationis, & protestationis.

tatio.